



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816


§. 1. S. Cyrilli obitu, & opera ejus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXVII.



S. LEO, PAPA.

THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III.
IMPERATORES.

§. I.

S. Cyrilli obitus, & opera ejus.

Sanctus Cyrillus eodem hoc anno 444. Sæculum V.
 nona Junii, Cælo infertus est, post A. C. 444.
 quam ab anno 412. Ecclesiam Ale-
 xandrinam rexisset. Ingenii sui partus Græc. Me-
 plurimos posteris reliquit, & inter cœte- nol. 9. Jun.
 ros Homilias, quas Episcopi Græci, dili- Conc. Chalc.
 genti repetitione memoriæ impressas, pro Act. 3. p. 406.
 Concione recitabant. Lucem plurimam Sup. XXII.
 Historiæ affundunt Homiliæ Paschales, §. 46. Gen-
nad. Script.
c. 56.

Aa 5

in

Sæculum V. in quibus prima dies Quadragesimæ, &
A. C. 444. prima Hebdomadæ majoris, id est, Dies
 Lunæ, deinde Dies Sabbati, & Domini-
 ca Paschatis notantur per dies Mensum
 Ægyptiorum, qui facile cum Romanis
 conferuntur; itaque istæ Homiliæ certa
 annorum illorum indicia sunt. Viginti
 novem numeramus pro totidem annis
 consequentibus sine interruptione. Pri-
 ma data est anno 414. qua dies Paschalis
 in 26tam *Phamenoth*, id est, vigesimam
 secundam Martii incidebat, & ultima an-
 no 442. quo Pascha decima septima Phar-
 mouthi, id est, duodecima Aprilis cele-
 bratum.

Alia S. Cyrilli, quæ habemus, opera,
 sunt sequentia; Libri septendecim de
 Adoratione in Spiritu, & veritate, seu
 Dialogus inter ipsum, & quemdam, nomi-
 ne Palladium, ubi ostendit, veterem Le-
 gem esse utilissimam, etiam post Evan-
 gelii promulgationem, quod sensus quo-
 que Spiritualis insit. Idem fere scopus
 est librorum, quos Glaphyrios dixerunt;
 erant autem hi libri, commentarius in
 Pentateucum. Vox *Glaphyron* idem sig-
 nificat ac elegans, & profundum; tam
 unum, quam alterum convenit operi,
 quod Mysteriis Legis antiquæ lucem af-
 fert. Habemus etiam S. Cyrilli quinque
 libros, quibus in Isaiam commentatur;
 rursus commentarium in duodecim Pro-
 phetas

phetas minores, decem libros Commen-
tarii in S. Joannem; duodecim quidem
scripserat, sed libri septimi, & octavi non
nisi fragmenta supersunt. Habemus Tra-
ctatum de Trinitate, qui Thesaurus dictus
est, novem Dialogos, de Trinitate, & In-
carnatione, plures alios contra Nestorium
de Incarnatione tractatus, de quibus suo
loco mentionem fecimus, libros decem ^{Sup. XV.}
adversus Imperatorem Julianum, ad de-
fendendam Religionem Christianam, Im-
peratori Theodosio inscriptos. Ultimus
S. Cyrilli labor fuit liber adversus Anthro-
pomorphitas, cujus materiam indicat in
epistola, ad Calosyrium directa, & ipsi
libro præposita, his verbis:

*Cum quidam ex Monte Calamon ad me
venissent, quæsi quomodo haberent Mo-
nachi illius Regionis; responderunt, multos
operibus pietatis ferventissime vacare, quos-
dam vero vagari, & cæterorum quietem
turbare, dicentes, quamvis essent rudes, Deo
esse figuram humanam, quia Scriptura dicit,
hominem ad imaginem Dei factum esse. S.
Cyrillus ostendit, quantum hæc opinio a
sana ratione abhorreat, quæ Deum fingit
corporeum, & finitum. Tum subjungit:
Audivi, istos dicere, Eulogiam Mysticam,
id est, Evobaristiam, nihil ad Sanctifica-
tionem prodesse, si in alteram diem serve-
tur; sed, hoc dicere, stultitia est. Ideo enim
nec Jesus Christus, nec sanctum Corpus ejus*
muta-

Sæculum V.
A.C. 444.

Sup. XV.
p. 45.

Sæculum V. *mutatur. (*)* *Benedictionis virtus, & Grati-
tia vivificans, in ea semper remanet.*

A. C. 444.

*Alii dicunt, soli Orationi vacandum,
non laborandum. Isti respondeant nobis,
an ipsis Apostolis sapientiores sint? an
liores? quibus ad laborandum tempus
perfuit, etiamsi Verbo Dei prædicando
cuparentur. Hunc usum Ecclesia non
mittit, si enim nemo labori manus ad-
veret, unde omnes nutrissent? hæc Do-*

S. Cyrilli
Libri.

ctrina otii, segnitiei, & gulæ pallium est.
Tandem S. Cyrillus Calosyrium moni-
ne permittat, ut Catholicis cum Meleci-
nis Schismaticis, qui in Ægypto super-
erant, ullum commercium esset. In Tra-
ctatu, hanc Epistolam sequente, leguntur
Responsiones ad plures quæstiones subti-
les, ab his Monachis de Creatione homi-
nis motas. Calosyrius Episcopus ex

to. 4. Conc. Arsinoensis, atque Pseudo-Concilio Epi-
p. 119. sino anno 449. & deinde Concilio Calce-
p. 322. donensi interfuit.

to. 5. p. 2. In Homilia de Cœna Mystica Sanctus
pag. 378. Cyrillus contra Nestorianos disserit in
hunc modum: *edicant nobis! quo Con-*

(*) Ecce Testimonium S. Cyrilli, damnantem
errorem dicentium, Evcharistiam in alteram die
servari non posse. Fortissimum contra Proter-
stantes Argumentum!

(**) Num S. Cyrillus de figura, aut Symbolo
Corporis Christi sic loqueretur?

pore Ecclesiae, & Fidelium greges pascantur? (*) & quo potu reficiantur! si Corpus Dei est, ergo verus Deus est Iesus Christus, & non purus homo. Si Sanguis Dei est, ergo Filius Dei non solum Deus, sed etiam verbum incarnatum est. Si caro est Iesu Christi, quæ cibus est, & sanguis ejus potus, id est, secundum ipsos, puri hominis, quomodo docent, quod ad vitam æternam proficit? quomodo hic, & ubique distribuitur, & non diminuitur? (**) quod simpli-

Sæculum V.
A.C. 444.

(*) Diese Stelle hat der Protestantische Uebersetzer sehr unrichtig gegeben; denn da es in der gebiethenden Art heißen soll: Sagen sie uns! so giebt er auf der 502. Seite: Sie sagen zu uns. Durch welches die Stelle des Heil. Cyrillus ganz unverständlich wird. Allein wenn die Rede von dem heil. Sacrament des Altars ist, so übersetzet er nicht gern deutlich. Nun dieser elende Stümper unter den Uebersetzern getrauet sich in seiner folgenden Anmerkung den Heil. Thomas zu beschuldigen, daß er das Zeugniß des Heil. Cyrillus falsch angeführet.

(**) Wohlan! mein Uebersetzer! weil er ein solcher Held ist, welcher keine Gelegenheit vorbeyleißet, das Geheimniß des Heil. Abendmals zu bestreiten, so helfe er mir hier aus dem Zweifel zu kommen; Wie hat ein Heil. Cyrillus als einen Grund wider die Lehre der Nestorianer die Frage an sie stellen können; Wie es möglich sey, daß der Leib eines Menschen, welcher nicht zugleich Gott wäre, unter

Sæculum V. *simpliciter corpus est, fons vitæ illud*
 A.C. 444. *capientibus esse non potest.* Rursus in Ca-
 mentario in S. Joannem S. Cyrillus dicit
 Lib. IV. c. 2. quod in receptione S. Evcharistiæ
 p. 365. nostra Jesu Christi Carni uniatur, ad
 lib. X. c. 2. modum, quo duo ceræ frustra per ignem
 p. 863. colliquefiunt, ut hac conjunctione un-
 mur ejus Personæ Divinæ, quæ carne
 lib. XI. c. 12. assumpsit, atque ut Persona Verbi
 p. 1001. 1002 Patri conjungat, cui Consubstantialis est
 ita ut per hæc tria Mysteria, Trinitatem
 Incarnationem, & Evcharistiam ad con-
 junctionem cum Deo arctissimam elevemur. (*)

unter viele ausgetheilet würde, und dennoch
 verbliebe? Wenn er geglaubet hätte, daß der
 Jesu Christi im Heil. Abendmal nicht wahrhaftig
 sondern nur als in einem Sinnbilde zugegen
 denn daß ein Brod als das Zeichen des Leibes
 Christi unter viele tausend könne ausgetheilet
 den, und Christus im Himmel dennoch ganz verblie-
 ben, daran zweifelt wohl kein vernünftiger Mensch.

(*) Kan man wohl diese Ausdrücke von einer
 Symbolischen Gegenwart im Heil. Sacrament
 stehen? Weil nun der Uebersetzer dem S. Cyrillus
 nicht antworten kann, so schreibet er in seiner
 rey hin, was ihm einfällt. im 4. Theil. 503. Seite
 Er hat hier eine Anmerkung angehänget, in
 der er saget, Cyrillus habe sich in viele fremde
 del eingemischet, er habe viel geschrieben, oder
 mehr zusammen geschmieret, und endlich heisset es
 man